

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm || Martii Et Aprilis

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10259

De Guntramno sancto rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77384](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77384)

DE SS. MARTYR. PRISCO, MALCHO ET ALEXANDRO.

441

animos confirmabat, inter sanctas illorum miserè plorantibus manus emisit spiritum. Eccl. Obit S. Ru-
cè autem dum lugent discipuli, coetus angelici à quibusdam audiuntur religiosis viris, pertus.
cum cantibus caelestibus animam sancti viri ad illam beatam Hierusalem perferentes.
Cumque eius sacratissimum corpus ad sepulcrum apportaretur, vix sunt viri splendi-
dissimi, candidissimi amicti stolis: qui peractis ijs, quæ ad funeris curam pertinent, dis-
paruerunt: quos quidem nemo dubitauit angelos fuisse, atque idcirco apparuisse, ut
omnes intelligerent, qua ille beatitudine frueretur in celis, ad cuius sepulturam etiam
angeli non deditarentur adesse.

O felicem Iuuauensem urbem, tam insigni munitam patrono: quæ et si mirorum
ruinis videatur despabilis, at illius meritorum lumine egregie clarescit. Denique tan-
ti viri intercessione fulti gaudent Norici omnes, & præpotenti Deo perpetuas offerunt S. Rupertus
laudes, qui tam præclarum ipsis contulerit doctorem, cuius doctrina & prædicatione doctor No-
viam veritatis agnoscentes, eripi sint de tenebris, & perduci ad Christum lumen ye-
rum, viuentem & regnantem in infinita seculorum, Amen.

DE SS. MARTYRIBVS PRISCO, MALCHO ET
ALEXANDRO, EX HISTOR. ECCLESIAST. EVSE-
by lib. 7. cap. 11. interprete Ioanne Christophorono.

Nhac persecutionis clade, quam regnante Valeriano paucim manas. 28. Martij.
se suprà demonstratum est, tres viri ob veram Christi confessionem
insigniter prædicati, Cæsareæ Palæstinæ bestiarum rictibus velut præ-
da obiectati, diuino & cælesti martyrio non sine maxima commen-
datione decorati fuerunt. Quorum unus Priscus vocabatur, alter
Malchus: tercio nomen erat Alexander. Fertur vero istos ruri degen-
tes, primum scipios tamquam inertes & desides probris affecisse, quod
cum temporis opportunitas præmium vita æternæ his, qui cælesti eius desiderio glisce-
bant, dispertire videretur, ipsi præ negligentia quadam & segnitie, martyrij coronam
non praripiuerint. Deinde cum inter se ita deliberarent, absque mora Cæsaream versus
ire pergunt, exemplò proficiscuntur adiudicem, & eius vita exiitum, qui suprà demon-
stratus est, assequuntur.

DE GVNTRAMNO sancto rege Gregorius Turonensis lib. de Gloria Marty-
rum, cap. 76. sic scribit: Cum autem Guntramnum rex ita se spiritualibus actionibus
mancipasset, vt relictis seculi pompis, thesauros suos ecclesijs & pauperibus erogaret,
accidit vt misso presbytero munera fratribus, qui Sanctis Agaunensibus deseruiunt, ex
voto transmiseret: præcipiens presbytero, vt ad eum rediens, Sanctorum sibi reliqui-
as exhiberet.

MARCI ARETHVSII EPISCOPI ILLVSTRE MAR-
TYRIVM, AVTHORE D. GREGORIO NAZIANZENO ORATI-
ONE INUETIUA PRIMA IN IULIANUM IMPERATOREM: INTERPRETE VERO DOCTISSIMO VIRO IACOBO BIL-
LIO PRUNEO, S. MICHAELIS IN EREMO ABBE. HABENT AUTEM PLERAQUE ETIAM THEODO-
RETUS HISTOR. ECCLES. LIB. 3. CAP. 6. & SOZOMENUS EIUSDEM HISTORIE LIB. 5.
CAP. 19. IN VERSIONE IOANNIS CHRISTOPHORONI
ANGLIE EPISCOPI.

AM vero id, quod eximio viro Marco Arethusio accidit, 29. Martij.
quis tam ab orbe nostro remotus, vt ignoret, ac com-
memorantem narratione non anteuerat? Hic cum, egregio
illo Constantio Imperante, pro ea licentia quæ tum Christianis concessa fuerat, domicilium quoddam dæmonum
euerisset, ac multos Christianos à gentili errore ad salu-
tem non minùs vita splendore, quam dicendi facultate tra-
duxisset, iampridem odio atque indignationi Arethusijs
erat, vel potius Arethusiorum impiissimo cuique dæmo-
numq; amantisimo. Posteaquam autem, mutatis Christia- De Juliani
norum rebus, gentilium restumere cœperunt, temporis Apofataz
Imperio di-
poten- cit.